1470 ~~1471~~

Pro quo quidem vadio modo premisso ad solvendum suum ac re aliqua prin
cipali ex premissis non completa complenda citata extra mrata Recogno
scens sive illius posteri ad instantiam prefati Illmi Koblanski Obligatorij sui
sive illius posterorum ad Officium prefati Castrensis Capitanei Premysliense
extunc recessu suprascripto quoad respondendum spectat mediante semper
in primo citationis termino tanquam peremptorio stare iuri parere respon
dere vadium pretactum luere inscriptum huic satisfacere ac omne iudicatum
pati debebit et tenebitur seque ac suos successores ad eadem omnia inscribit et
obligat. Illum Terminum primum peremptorium et alios omnes exinde
consequentes causae eiusdem Terminos semper peremptorios vera infir
mitate per Maiori Minorennitate successorum legatione intra vel extra Re
gnum servitio Militari ad Munimenta ad Evictorem vel alijs quibusvis Di
lationibus et legalibus impedimentis non differendo ad Quietationem ultra pro
prius Terminos Officij prefati Castrensis Premysliensis Dillonem sibi non recipiendo
Nullasque Motiones Appellationes earumque prosequiones faciendo ac premis
so omnia poenis simplicibus vel triplicatis Evasionibus suspensionibus fata
lib. Iuris praescriptione terrestri bello conventioneque ac alijs quibusvis
Iuris remedijs et defensis non subterfugiendo nec quovismodo Evadendo
Hac sua presenti personali Recognitione ad praesentiam omnia mediante.

Suszycki Baczynskich.
Quietat.

Comparens pro Coram Officio et Actis praesentibus Castrensis Capitanei Premysliensis
Illmus Iwan Suszycki Popowicz sanus mente et corpore extra a Termino
Districtibus Iuribus Iurisdictionibusque suis quibusvis proprijs et compe
tentibus recedendo presenti vero Iurisdictioni Castrensi Capitanei Premysliensis
quo ad Actum hunc attinet se cum successoribus ac bonis suis gl. omnibus
totaliter et plenarie incorporando atque subijciendo palam libere publice ac
per expressum recognovit. Quia ipse Illmus Iwan Farat Michaelem

Baczynskie

1471

1471

Baczynskie fratres germanos atque Zedko Puxiniecki Baczynski eorumque posteros de summa sexaginta florenorum polonicalium sibi Regnitis debita et inscripta in bonisque Mizylowey Szczesli Waskowey nuncupatis in Villa Baczyna Terra et Districtu praedicti Premysliensis iacentibus et consistentibus modo Obligatorio assecuratis ob plenariam sibi praestitam esse persolutionem quietat emittit liberumque et absolutum facit perpetuo, Inscriptionem eandem Terrestrem Premysliensem in toto cassat mortificat et annihilat ac de bonis condescendit Hac sua praesenti personali Recognitione ad praemissa omnia mediante.

Idem Sussycki eisdem Baczynskim Donat.

Comparens personaliter coram Officio et Actis praedictis Castrensis Capitaneatus Premysliensis Nobilis Iuvenis Sussycki Popowicz Nobilis olim Hrehory Sussycki cum Nobili olim Marusia Nobilis olim Wasko Baczynski filia procreatus filius sanus mente et corpore expressis a Terris Districtibus Iuribus Iurisdictionibusque suis quibuscumque propriis et competentibus recedendo Praesenti vero Iurisdictioni Castrensi Capitaneatus Premysliensis quoad Actum hunc attinet secum successoribus ac bonis suis generatis omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subiciendo palam libere publice ac per expressum resignavit. Quia ipse bona sua propria et haereditaria in Crasorum morte Matris suae inter alios consuccessores Iure Divino et Naturali successione devolutis in Villa Baczyna Terra et Districtu praedicti Premysliensis iacentibus et consistentibus cum omni bonorum praefatorum Iure Dominio proprietate haereditate titulo haerio cumque omnibus et singulis bonorum eorundem Agris pratis campis pascuariis Hortis pomariis utilitatibus fructibus proventibus redditibus commodis emolumentis obventionibus attinentiisque et pertinentiis generatis universis. Nihil ex praemissis Iuris Dominii proprietatis

bonae